Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



59

erat ioseph de domo dauid et nomen uirginis maria et in
gressus angelus ad eam dixit auegratia plena dnus tecum bene
dicta tu inmulieribus. Quae cum uidisset turbata est in sermo
ne eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei.
ne timeas maria inuenisti enim gratiam apud dm. Ecce con
cipies in utero et paries filium et uocabis nomen eius ihm hic
erit magnus et filius altissimi uocabitur et dabit illi dns sedem
dauid patris eius et regnabit in domo iacob in aetnu
et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum.
quomodo fiet istud qnm uiro non cognosco. et respondens
angelus dixit ei spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obum
brabit tibi. Ideoq: et quod nascetur sanctum uocabitur filius dei.
et ecce tua cognatio elisabet et ipsa concepit filium in senectute sua et hoc
mensis sextus est illi quae uocatur uocata est enim ei
quae uocatur nonpotens. hoc ergo
matheus commemorauit dicens de maria inuenta est in
utero habens de spiritu sancto. nec contrarium est qua lucas scripsit
id quod matheus praeter misit. Cum de spiritu sancto maria
concepisse uterq: testatur sicut non est contrarium quia
math deinceps constat quod lucas praetermisit.
Sequitur et enim dicit matheus ioseph autem uir eius
cum esset iustus et nolle eam traducere uoluit occulte
dimittere eam haec autem eo cogitante ecce angelus
dni in somnis apparuit ei dicens. ioseph fili dauid noli
timere accipere mariam coniugem tuam quod enim in ea
natum est de spiritu sancto est. pariet autem filium et uocabis nomen
eius ihm. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis
eorum. hoc autem totum factum est ut impleretur quod
dictum est a dno per hesaiam dicentem. Ecce uirgo in utero
habebit et pariet filium et uocabunt nomen eius emma
nuhel quod est interpretatum nobiscum deus. Exsurgens
autem ioseph a somno fecit sicut praecepit ei angelus
dni et accepit coniugem suam et non cognoscebat eum
donec peperit filium suum primogenitum et uocauit